

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXX

urn:nbn:de:bsz:31-97032

latum. In officinis in quibus argentum ab ære secernitur, in tubro luteum est, quod Regulare vocant: in rubro fuscum, quod Caldarium. *Agric.* in lib. fossil. Illud mollius etiam dilatatur non funditur tantum: hoc funditur sed duci non potest. Cadmia tintum in aureum abit colorem, & Orichalcum dicitur. Ignis accenditur, liquefit, funditur; sed in magno catino vim ignium non tolerat, nec alternatim cum rebus quaerit aurum & argentum purgant positum, sed planè consumitur. Putrefactionem non metuit; & ne alia metuant facit. Hinc monumentum ære perennius apud Horatium, & Ægyptii videntur ideo tabulas æreas imposuisse cadaveribus. Acutos etiam mucrones æreos olim cadaveribus infixos fuisse, testatur *Pierius in Hieroglyphic.* Tales Venetiis apud Lautedanum imagunculas vidit *Camerarius Hor. subcif. cent. I. cap. 14;* ex conditis sumptos cadaveribus Lautedani affirmavit filius. Opera ex ære recensentur varia. Cen- tum Babylonis portæ celebratae sunt literis, & Æneus amphorarum triginta crater, quo Croesum donauunt Lacedæmonii. Florentiae sacellum Divi Iohannis, quod Baptisterium appellant, tres æreas habet valvas deauratas. Ex eodem Solis apud Rhodios Colossus. Septuaginta ille cubitorum altitudinis fuit. Post quinquagesimum annum terræ motu prostratus, multis etiam jacens miraculo. *Plinius l. 34. cap. 7.* Pauci pollicem ejus amplectebantur. Majores erant digiti, quam plerique statuæ. Vasti specus defractis hiabant membris. Spectabantur intus magnæ molis saxa, quanto pondere stabiliverat constituens. Duodecim annis tradunt effectum trecentis talentis. Inter septem mundi receptus miracula.

C A P U T XXX.

D E PLUMBO.

Triplex plumbum est, candidum, cinereum, nigrum. Prius sui non reperitur coloris: lapilli tamen subalbi ex quibus conficitur. Ex eo corroso facit

aceti vapor ceruслam. Cinereum Snebergi effoditur. Cum argentum ex eo excoquitur, totum ignis consumat. Ex nigro vase quadrata fiunt, in quibus ex salsa sal excoquitur aqua, ex nitroso nitrum, *Agricol. in observat.* Hæc liquore plena æri exposita, pluvias designant, guttulas foris si conceperint. Nihil eo ferventius: attamen si succo malvæ aut Mercurialis manus oblinas, inoffense tractare licebit liquatum, celeri modo id perficiatur motu. *Lemm. l. 2. de occult. cap. 34.* Argentum gravitate vincit; visum tamen innatare liquato. Fugaces forsitan instabilis in igne plumbi elevantur partes, argenti, quia non evaporant, subjacent. *Libav. l. 2. Epist. Chymic. Ep. 98.* Augeri tum mole tum pondere dicuntur, si in ædibus subterraneis, ætem habentibus turbidum, condatur, ita ut quæcumque illie ponuntur, sicut celeriter colligant. Plumbea statuæ rami vincula, quibus eatum apnæctuntur pedes, saepenimo crevissæ visum est, & quædam adeo intumuisse, ut ex lapidibus dependerint crystalli modo. *Azertyn. dier. esse experientia indium. Fernel. de lue Veneræ cap. 7.* Cum enim Empirici suatu dimidiam ejus pulveris quidam per dies quindecim cum cibis comedisset libram, attingitidem pulsatus, quæ ingerebantur plumbeum afflumebant nidorem, & quæ ejiciebantur, plumbœ erant infecta colore. In Medicinæ tamen usum venire compertum. Id enim refrigerat. Quare & mortaria atque pistilli ex eo confici solent; in quibus si terantur liquores qui ex utriusque oriuntur mixitura, frigidiores fiunt. Utilest laminæ Venetorum substeruntur lumbis, si quando propter crebras Veneris exercitationes, somniis vexati semen emitunt. Talibus *Calvus Orator cohibus libidinem, ut vires corporis studiorum custodire labori. Plinius.* Musici olim pectori imposuerunt easdem, ad cantica exclamanda. *Istidorus.* Chattam plumbeam supinus pectorè sustinuit Nero, conservatus vocem. *Suetonius in Nerone.*

—
—
—
—
—

CAPUT

z. 52